nam et ejus paucas et perrarò dilatas fuisse intelligo) videtur posse concedi.

2. Facultas absolvendi in utroq; foro quoscunq; qui homicidium voluntarium, Sacrilegium, Simoniam vel crimina perpetrarunt, si Sm. D. N. placuerit, potest concedi quoad absolutionem tantum, non autem quoad dispensationem et rehabilitationem, et cum restitutione, pa debita satisfactione, ac iniunctis poenitentijs salutaribus et a de iure iniungendis, et citra aliquam dispensationem: et quoad p cientes manus violentas in personas Ecc.cas non tamen Eps vel ex perem etiam, niti fecerint offerti Abbates qui sunt bredicti et a Prelati qui exercent iurisdictionem ordinariam seu quasi Ep

3. Facultas concedendi licentiam Clericis et beneficiatis, non tamen curam a marum habentibus, audiendi leges, iura civilia et illis studendi ad quinquennium; videtur concedenda.

4. Licentia colloquendi, conversandi ac etiam cibum sumendi cum hereticis absq incursu censurarum, potest concedi vt supra in prima.

5. Facultas absolvendi hereticos. ipse D. Nuntius iam habuit amplissima per dictas Bras patentes S.ti Officij de mandato S.mi D. N. sub certa pre scripta forma; et de novo non indiget; si tamen ei alia conce est, fiat subditis, sed citra facultatem restituendi in pristinum statum (cum hoc sit reservandum supremo S.tis Iudici

et

et citra facultatem alijs Sacerdotibus vices suas super hoc delegandi, niti iuxta formam praescriptam in eisdem patentibus Bris

Facultas creandi Notarios et Tabellionis sive habitationis concedi potest in toto Regno et Dominiis Polonicis.

Extra praedictarum Bras Ap.cas exempla.

Facultas dispensandi in gradibus prohibitis, considerata amplitudine Regni Poloniae et distantia ab Italia et Urbe, et alijs rationabilibus causis, videtur ita moderatè concedenda, vt nullum exinde scandalum ad ruinam pusillis et periclitantibus in fide, sed potius aedificatio ad salutem praebatur; videlicet, vt gratis et sine ulla impensa in vero foro absolvant omnes et quascunq; personas quae in quarto, et tertio et quarto à communi, seu quarto etiam multiplici, pauperes autem etiam quae in tertio consanguinitatis et affinitatis gradibus coniunctae matrimonium habuerunt et de praeterito sive scienter sive ignoranter de facto contraxerunt, ab omnibus sententijs, censuris et poenis, quas propterea quomodo incurrerint, iniunctis poenitentijs salutaribus, et alijs quae videbuntur iniungenda, ac etiam, si videbitur, ijs ad tempus inuicem separatis, necnon dispensandi cum eisdem, vt servata forma sacri gralis Concilij Tridentini in eodem matrimonio remaneant,